Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



130

paſcha pro duce populo suo: et petrus quidem
seruabatur in carcere. Oratio autem fiebat sine in-
termissione ab ecclesia ad deum pro eo. Cum autem
perducturus esset eum ille herodes in illa no-
cte erat petrus dormiens inter duos milites
vinctus catenis duabus: et custodes ante
ostium custodiebant carcerem. Et ecce ange-
lus domini astitit: et lumen refulsit in habitacu-
lo carceris. percussoque latere petri. Excitauit eum
dicens. Surge velocter. Et ceciderunt cate-
ne de manibus eius. Dixit autem angelus ad
eum. Praecinge: et calcea te caligas tuas: et sent
sic. Et dixit illi. Circumda te vestimentum
tuum: et sequere me. Et exeuns sequebatur eum
: nesciebat quia verum est quod fiebat per
angelum. Estimabat autem se visum videre
Transeuntes autem primam: et secundam custodiam:
venerunt ad portam ferream que ducit ad
ciuitatem. Que vltro apta est eis. et exeuntes
processerunt in vicum vnum. Et continuo
discessit angelus ab eo. Et petrus ad se
reversus dixit. Nunc scio vere quia misit do-
minus angelum suum et eripuit me de
manu herodis: et de omni exspectatione
plebis iudeorum. Grad. Constitues eos A
lleluia. ℣. Tu es petrus et super hanc petram edificabo
ecclesiam meam. ℣. Beatus es simon petre quia caro et
sanguis non reuelauit tibi sed pater meus qui est in celis